

DEDICATORIA.

amicis, liberali manu, communica-
tis, quàm remedia Chymica, etiam
metallica, quæ aliàs Medicinæ Can-
didatos, & laureâ Doctorali ornan-
dos, publicè & solemniter in Acade-
miis ejurare, non semel audiveram,
summo cum fructu, intra corpus,
exhiberi possent, animadverterem;
& medicamentorum, à Bonnæo,
exercitatissimo Chymico, fortissi-
miq̃ue Herois, Ducis Boullionæi, in
arce & castello istius urbis, Pharma-
copœo maximè industrio, præpara-
torum, felicem usum quotidie ob-
servarem: desii cum vulgo artem
laudatissimam imperito calculo da-
mnare; Antimonium & Mercurium
in mundi & Naturæ exilium ejicere:
coepiq̃ue scripta optimorum auto-
rum, licet à salivâ, quam antehac
imbiberam, discrepare viderentur,
ad ditandum meum peculium Me-
dicum, assiduè lectitare; Bonnæum,
ejusq̃ue fornaculas interdum, si ob-
scuri-